



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XLI. Conrad, Bischof zu Verden, weiht einen Altar zu Ehren des Apostel Matthias in der Katharinenkirche zu Salzwedel, am 22. November 1292.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

XLI. Conrad, Bischof zu Verden, weihet einen Altar zu Ehren des Apostel Matthias in der Katharinenkirche zu Salzwedel, am 22. November 1292.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Conradus, diuina miseracione Verdenfis Ecclesie Episcopus, vniuersis Christi fidelibus prefens scriptum visuris siue audituris salutem in domino sempiternam. — Igitur karitati omnium fidelium tam presencium quam futurorum volumus esse notum, quod cum Johannes, sacerdos, dictus de Domnitz, diuina inspirante clemencia vnum altare in ecclesia Katherine in Soltwedele de quinque choris siliginis, in molendino ante castrum Soltwedele sito singulis annis exfoluendis a Henrico dicto Perseual, burgenfi soltwedelenfi, propria pecunia emtis cum proprietatibus eorundem, facta libera resignatione omnium quorum intererat, ab Illustri principe karissimo auunculo nostro Otthone longo, Marchione de Brandeborch, comparatis, dotaussit; Brüninchus, molendinarius noue Ciuitatis, et Hencckinus, pellifex, habens domicilium extra muros Soltwedel iuxta hospitale scti. Spiritus, seruore deuocionis accens duos choros siliginis de dicto molendino annuatim recipiendos post mortem suam ita quod quilibet vnum chororum ad emendandam prefati altaris dotem perpetuo possidendos cum omnibus iuribus et proprietatibus donauerunt, vnanimiter arbitantes et decernentes, quod post obitum dicti sacerdotis Johannis, qui eiusdem altaris possessione tanquam perpetuus vicarius pro beneficio quoad uixerit libere perfructur, memoratus Henricus Perseual, a quo similiter prescripte doti annua pensio vnus chori siliginis in sepe fato molendino cum plenitudine cuiuslibet Juris fuit adiectus, et sui heredes ius presentandi vicarium in sacerdotio constitutum et non alium inferiorum ordinum Clericum ad dictum altare perpetuo possidebunt, qui sacerdos siue vicarius perpetuus investitura et collacione ipsius altaris a preposito de Soltwedele receptis ante dictum altare officiare tenebitur, quemadmodum alia altaria Ciuitatis Soltwedele officari hactenus consueuerunt. Nos igitur huiusmodi dotis Collacione et iuris patronatus assignacione coram nobis racionabiliter factis ipsum altare in die beate Cecilie in honorem beati Mathie apostoli consecramus sub anathematis interminatione, ne quis prelibatam ordinacionem infringere, mutare uel quolibet violare presumat districtius inhibentes. In quorum omnium testimonium presentem paginam nostro sigillo fecimus communiri. Datum Soltwedel, Anno Dni. M^o. CC^o. Nonagesimo secundo, in die beate Cecilie virginis et martiris.

Danneils Kirchengesch. d. St. Salzwedel, S. 5.

XLII. Bischof Conrad von Verden bestätigt die von dem Markgrafen Otto dem Langen sich, seinem Vater, seiner Gattin und seinen Nachkommen gegründete Gedächtnißfeier, durch alle Geistlichen der Propstei Salzwedel, denen dafür freie Disposition über ihren Nachlaß mit Aufhebung des Spolienrechtes eingeräumt ist, am 1. August 1293.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Conradus, diuina fauente clementia Verdenfis Ecclesie Episcopus, vniuersis Cristi fidelibus presentis pagine seriem visuris siue audituris salutem in Domino sempiternam. Ne ea, que aguntur in tempore, simul cum tempore de-